



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Caprasivs & Fides. MM. 20. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

am mor-
simæ ani-
Corpus
cyrannus;
in Pal-
teâ extra-
fecit, at-
in templâ
vs à Dio-
sieripu-
lit. Tunc
a accusa-
una cum
ius Cleo-
nihil date
Ex Su-
dignum,
tâ, qua
ncem te
ngeli, &
dedit se
Eobris,
ictatum,
philolo-
der, ma-
li quam
igere nos
audient
um dico
devotio.
Invaloco
fendit le-
pia

prâ horridum. Quod avertere oculos potuisset
delicatos, ETHBINI sociique invitavit etiam.
Oritur pulchrum magistrum inter & tironem
terramen. Hic brachiis stringere, & sinu miserum
fovere, ille sordes & sanie velle officiosus à vul-
tu abstergere, quin (quod æger aliter nolle fieri)
generosâ siti purulentam scabiem cibere. Scio,
horres hæc legere. Sed tunc facere hæc virtus
non horruit. Et ecce, (o Superi! o amor, qui col-
ludere homini DĒVM facis!) dum sanie sperat
Winvalocus, gemmam unicè pretiosam ore exci-
ju, & mutata repente rerum facie videt ETHBIV-
VS in miseri fronte crucem rutilare, videt ab al-
to famulos Cælites advenire, & è manibus non
jam leprosum, sed Christum abire, amicissimiis
verbis sua utrique præmia pollicentem. Et finie-
nt fabula pulcherrima, cum iterum lis sancta ex-
orta est, utrius virtuti hanc DĒVS dedisset. Post
multa ita conventum est: ut silentio omnia invol-
verentur. At frustra agitis, o Divi. Gemmavos
prodidit, & verò olim Christus proder. Ex Surio.

Christus tibi contubernialis sit & conviva, imo
Christus ipse tua sit delicia, ipse quotidiana refe-
tions epulum, ipse tibi intima dulcedinis sit ali-
mentum. Cum illo simul lege, cum illo jugiter
salle: cum illo lectulus te dormitum capiat, cum
idem sopor inveniat, S. Pet. Dam. l. 7, epist. 6.

SS. CAPRASIVS & FIDES. MM.

20. Octobris.

VT fidem sanguine suo firmaret CAPRASIVS,
FIDES virgo suggestit. Nam cum hæc anno
post natum Servatorem trecentesimo tertio pro-
CHRISTO captiva in lassitudinem omnes jam car-

Y. 5.

T. 15.

nifices dedisset, & denique in craticulam abjecta esset lento igne crucianda; vidit è specu sua, quā delitescebat, CAPRASIYS, manifestā in luce columbam cælo adventare, quæ & rore asperso ardore temperaret, & ferta longè pulcherrimo caput vietricis coronaret. Puduit vinci à virginine, & latere jam noluit, si talem se femina proderet. Abiectus proinde in preces oravit; si celo placeret etiam virum in pugnam prodire, vellet, juberet, eo in loco fontem enasici sanguinem se daturum, si aquam spelunca. Et dedit hæc aquam, sed quæ CAPRASIO cruentam sitim accendit. Hanc ut poneret, in urbem & in theatrum ad tyrannum properare, & jam palam ostendere, non frustra tamdiu in pulvere privato exercuisse scelus; denique non modò inter omnia tormenta sibi constare, sed & longè plurimos alios in eamdem sententiam pertrahere, quibuscum omnibus capite ultimò truncatus effect, ut exiguus aquæ fons in flumina sanguinis excresceret. Ex Surio.

Ad evitandas diabolica pugne molestias audenter assurgimus, si necessitatis ultima periculum provide pertractemus, Nam si repentinus ille aigue terribilis adventus Christi perpenditur, quid erit in mundo, ubi mens humana vel despiciens delitetur? S. Pet. Dam. I. 7. ep. 19.

S. HILARION ABBAS. 21. Octobris.

M

Vltum puer HILARION in ludo literario, plus apud D. Antonium in religiosa schola profecit. Itaque anno ætatis XV. cœlesti philologia jam plenus, jamque yates, pectora hominum inspexit, absentia & longè post futura multò ante vidi. Mox magister etiam ipse sanctioris sapientia, fidei dogmata multos, multos mundi con-